Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber sextvs de veteri et novo testamento

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

heresis oritur·v̄·d·lviii.Iulianus ánis·ii. Hic ex xp̄iano paganus
factus est·v̄·d·lx. Iouinianus annum vnum.Iste iterũ xp̄ianus
effectus est·v̄·d·lxi. Valentinianus anñ·xiiii.Gothi heretici effi/
ciuntur·v̄·d·lxxv.Gratianus anñ·vi. Pristillianus agnoscitur·v̄
d·lxxxi.Valentinianus anñ·vii.Hieronimus bethleem predicat
v̄·d·lxxxviii. Theodosius anñ·iii. Iohannes anachoreta claruit·
v̄·d·xci.Archadius anñ·xiii.Iohannes crisostomus claruit·v̄·dc
iiii. Honorius annis·xv. Augustinus ep̄us claruit·v̄· dc·xviiii·
Theodosius anñ·xxvii. Nestorius heresiarches extitit·v̄·dc·xlvi
Marcellianus anñ·vi. Calcedonensis sinodus agit·v̄·dc·lii. Leo
maior anñ·xvi.Egiptus errore dioscori languet·v̄·dc·lxviii. Ze/
non anñ·xvii.Corpus barnabe apostoli·& euangelium mathei
repertum est·v̄·dc·lxxxv.Anastasius anñ·xxvii. Fulgẽtius ep̄s
predicat·v̄·dcc·xii.Iustinus anñ·vii.Anacephalorum heresis ab
dicatur·v̄·dcc·xix. Iustinianus· xxviii anñ.. Wandali in affrica
a vilisario extinguũtur·v̄·dcc· xlviii. Iustinus anñ·xi.. Armenii
fidem xp̄i suscipiunt·v̄·dcc·lix. Tiberius annis·vii. Longobardi
italiam capiunt·v̄·dcc·lxvi. Mauricius anñ·xxi. Gothi catholici
effecti sunt·v̄·dcc·xcviii.Focas añ·viii. Romani cedũtur a persis
v̄·dcc·xcv.Eraclius anñ·xxvii.Huius qnto & quarto religiosissi
mi principis sisebuti in hispania iudei baptisant·v̄·dccc·xxxiiii ..
Residuũ quinte etatis tempus deo soli est cognitum.

INCIPIT · LIBER · SEXTVS · DE · VETERI · ET · NOVO · TESTAMENTO

VETVS TESTAMENTVM IDEO DICITVR · QVIA · VENIENTE · NOVO · CESSAVIT · DE · QVO apostolus meminit dicens. Vetera transie/runt·& ecce omnia facta sunt noua. Testamentum autem nouum ideo nũcupatur quia innouat. Non enim illud discunt nisi homines renouati ex vetustate per gratiam·& pertinẽtes iam ad testamentum nouum quod est regnum caelorum. Hebrei autem vetus testamẽtum esdra auctore iuxta numerum litterarum suarũ in viginti duobus libris accipiunt· diuidentes eos in tres ordines· legis·scilicet & prophetarum· & agiographorum. Primus ordo legis-

in quinq; libris accipitur·quorum primus est bresith·quod est
genesis. Secundus ellesmos·quod est exodus. Tercius vagecra·
quod é leuiticus.Quartus vagedaber·quod est numerus.Quí/
tus elleabdabarim·quod est deutronomiú.Hi sunt quinq; libri
moisi·quos hebrei thorat vocant·latini legem appellát.Proprie
autem lex appellatur· que per moisen data est. Secundus ordo
est prophetarum·in quo continentur libri·viii.Quorú primus
iosue bennun·q latine iesunaue dicitur. Secúdus sóptim·quod
est iudicum. Tercius samuel· qui est regum primus. Quartus
malachim·qui est regum secundus.Quintus esaias.Sextus ie/
remias.Septimus ezechiel.Octauus tarisra·qui dicit duodecim
prophetarum·qui libri quia sibi pro breuitate adiuncti sunt ,p
vno accipiútur. Tercius est ordo agiographorum id est sancta
scribentium·in quo sunt libri·viii.Quorum primus iob. Secú
dus psalterium.Tercius masloth·quod est prouerbia salemóis.
Quartus celeth·quod est ecclesiastes. Quintus sirasirin·quod é
canticacáticorum.Sextus daniel.Septimus dabreiamin· quod
est verba dierum·hoc est paralippomenon·qui & cristonicon.
Octauus esdras.Nonus hester. Qui simul omnes quinq; octo
& nouem fiunt vigintiduo· sicut superius comprehensi sunt.
Quidam autem ruth & cinoth·quod latine dicitur lamentatio
ieremie agiographis adiciunt & vigintiquatuor volumina te/
stamenti veteris faciunt iuxta vigintiquatuor seniores·qui ante
conspectum domini assistunt.Quartus est apud nos ordo vete
ris testamenti eorum librorú qui in canone hebraico non sunt
Quorú primus sapientie liber est.Secundus ecclesiasticus.Ter/
cius tobie.Quartus iudith. Quintus & sextus machabeorum·
Quos licet hebrei inter apocripha separent· ecclesia tamen xpi
inter diuinos libros & honorat & predicat. In nouo auté testa/
mento duo sunt ordines.Primus euangelicus·in quo sunt ma/
theus·marcus·lucas·& iohannes Secúdus apostolicus·in quo
sunt.Paulus·in·xiiii·epistolis.Petrus in duabus Iohánes in tri/
bus.Iacobus & iudas in singulis.Actus apostolorum & apo/
calipsis. Summa autem vtriusq; testaméti trifarie distinguitur·
id est in historia·in moribus·in allegoria. Rursús ista tria mul/
tifarie diuiduntur·id est quid a deo· quid ab angelis vel homi/
nibus gestum dictumq; sit· quid a prophetis nunciatú de xpo
& corpore eius·quid de diabolo et membris eius·q d de veteri

& nouo populo·quid de pñti seculo· & futo regno atq; iudicio:.

De. Scriptoribus & vocabulis sanctorũ librorũ. Ca·ii:

Veteris testamenti secundum hebreorum traditionẽ hi perhibẽtur auctores. Primus moises diuine histo/rie cosmographiam in quinq; voluminibus edidit· quod pentateucum nominatur. Pentateucum autem a quinq; voluminibus dicitur. Penta enim graece quinq; latine. Teucen volumen vocatur. Genesis liber inde appellatur·eo q; exordi/um mũdi·& generatio seculi in eo contineatur. Exodus vero exitum ab aegipto vel egressum populi israhel digerit· & ex ea causa nomen accepit. Leuiticus appellatur·eo q; leuitarũ mi/nisteria & diuersitatem victimarum exequitur·totusq; in eo or do leuiticus annotatur. Numerorum liber vocat̃·eo q; in eo· egresse de egipto tribus dinumerantur·& quadragintaduarum per heremum mansionum in eo descriptio continet̃. Deutro nomium graeco sermone appellatur quod latine interpretatur secunda lex·id est repeticio & euangelice legis prefiguratio·que sic ea habet que priora sunt·ut tamen noua sint omia que in eo replicantur. Iosue liber nomen accepit a iesu filio naue cuius historiam continet. Scriptorem vero eius eundem iosue hebrei asseuerant.in cuius textu post iordanis transitum regna hostiũ subuertũtur·terra populo diuiditur·& per singulas vrbes·vicu los·montes·atq; confinia ecclesie celestisq; hierusalem spiritualia regna prefigurantur. Iudicum liber nominat̃ a principibus populi qui prefuerunt in israhel post moisen & iosue·anteq̃m dauid & ceteri reges existerent. Hunc librum & ruth aedidisse creditur samuel. Liber samuel eiusdem samuelis natiuitatem & sacerdocium & gesta describit. Idcirco & ab eo nomẽ accepit Et q̃muis hic liber saul & dauid historiam contineat. vterq; tm̃ ad samuel referuntur·quia ipe vnxit saul in regnum· ipe dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem conscripsit idẽ samuel·sequentia vero eius vsq; ad calcem scripsit dauid. Ma lachim proinde appellatur· eo q; reges iude & israelitice gentis gestaq; eorum per ordinem digerat temporum. Malachim enim hebraice latine regum interpretatur. Nunc librum ieremias pri mum in vnum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per sin gulorum regum historias. Paralipomenon grece dicit̃ quod nos pretermissorum vel reliquorum dicere possumus· quia ea

que in lege vel regum libris vel omissa vel nō plena relata sunt in isto summatim & breuiter explicantur. ¶ Librum iob quidam moisen scripsisse arbitrantur. Alii vnum ex prophetis·nō nulli vero eundem iob post plagam sue passiōis scriptorē fuisse existimāt·arbitrantes·ut qui certamia spiritalis pugne sustinuit ipe narraret quas victorias expediuit. Principia autem & fines libri iob apud hebreos prosa oratione contexta sunt. Media aūt ipius ab eo loco in quo ait. Pereat dies in qua natus sum· vsq; ad eum locū. Idcirco ego me reprehendo & ago penitentiā· oia heroico metro discurrunt. ¶ Psalmorum liber graece psalteriū. Hebraice nabla. Latine organum dicitur. Vocatus autem liber psalmorum· q; vno propheta canēte ad psalterium chorus consonando responderet. Titulus autem in psalmis hebraicus ita ē ispbir athalbin quod interpretatur volumen hymnorū. Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis·moises·& dauid & salemon·asaph·ethan & idithun· & filii chore eman· esrahelite & reliquorū·quos esdras vno volumine cōprehendit. Omnes autem psalmi apud hebreos metrico carmine constant esse compositi. Nam in morem romani flacci & graeci pindari nunc alii iambo currunt·nunc elegiaco personant·nūc saphico nitent trimetro vel tetrametro pede incedētes ¶ Salemon filius dauid regis israhel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumia edidit. Quorum primus est hebraice masloth·quem graeci parabolas·latini prouerbiorum nominant· eo q; in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & imagines veritatis ostenderit·ipam autem veritatem ad intelligendum legentibus reserauit. Secundum librum celeth vocauit·grece ecclesiastes dicitur·latine concionator·eo q; sermo eius nō specialiter ad vnum (sicut in prouerbiis) sed ad vniuersos generaliter dirigatur·docens omnia que in mundo sunt·caduca esse & breuia·/ & ob hoc minime appetenda. Tercium librum sirasirin preno/tauit·qui in latinam linguam vertitur canticum canticorū· vbi per epitalamium carmen coniunctionem xpi et ecclesie mistice canit. Dictum autem canticum canticorum·eo q; omnibus cā/ticis preferatur·que in scripturis sanctis habentur· sicut quedā in lege dicuntur sancta· quibus maiora sunt sanctasanctorum. Horum autem trium librorū carmia exametris et pentametris versibus apud suos cōposita phibent·ut iosephus & ieronimus

ſcribunt ¶ Eſaias euangeliſta potius q̃m propheta edidit librũ
ſuum · cuius omnis textus eloquentie proſa incedit. Canticum
vero exametro & pentametro verſu diſcurrit. ¶ Hieremias ſimi
liter edidit librum ſuum cum trimetro vel trenis ſuis · quos nos
lamenta vocamus · eo q̃ in triſtioribus rebus funeribuſq; adhibeantur. In quibus quadruplex diuerſo metro cõpoſuit alphabetum. Quorum duo prima quaſi ſaphico metro ſcripta ſunt · quia tres verſiculos qui ſibi nexi ſunt · & ab vna tantum littera incipiunt heroicum comma concludit. Tertium alphabetum trimetro ſcriptum eſt · & a ternis litteris id eſt verſus ternis incipiunt. Quartum alphabetum ſimile primo & ſecundo habet ¶ Ezechiel & daniel a viris quibuſdam ſapientibus ſcripti eſſe perhibent. Quorũ ezechiel pcipia & fines multis habet obſcuritatibus inuoluta. ¶ Daniel vero claro ſermone regna orbis pronunciat & tempus aduentus xpi manifeſtiſſima predicatione annotat. Hi ſunt quatuor prophete qui maiores vocãtur · quia prolixa volumina condiderunt. ¶ Liber autem · xii · prophetarũ auctorum ſuorũ nominibus prenotatur. Qui ꝓpterea dicunt minores · q̃a ſermões eoꝝ breues ſunt. Vnde & connexi ſibimet inuicem in vno volumine continentur. Quorum nomina ſunt oſee · iobel · amos · abdias · ionas · micheas · naum · abacuc · ſophonias · aggeus · zacharias · malachias ¶ Eſdre liber auctoris ſui titulo prenotatur. In cuius textu eiuſdem eſdre neemieq; ſermones pariter continentur. Nec quẽquam moueat q̃ vnus eſdre dicitur liber · quia ſecundus tertius & quartus non habentur apud hebreos · ſed inter apocriphos deputãtur. ¶ Heſter librum eſdras creditur conſcripſiſſe. In quo eadem regia ſub figura eccleſie dei populum a ſeruitute & morte eripuiſſe ſcribitur · & interfecto aman · qui interpretatur iniquitas dei celebritas in poſteros mittitur. ¶ Liber ſapientie apud hebreos nuſq̃m eſt. Vnde & ipſe titulus graecam magis eloquentiam redolet. Hunc iudei philonis eſſe affirmant. Qui proinde ſapientie nominatur · quia in eo xpi aduentus · qui eſt ſapiẽtia patris · & paſſio eius euidenter exprimitur ¶ Librum autem eccleſiaſticum certiſſime ieſus filius ſirach hieroſolimita nepos ieſu ſacerdotis magni cõpoſuit · cuius meminit zacharias. Qui libri apud latinos propter eloquii ſimilitudinem ſalemõis titulo prenotatur. Dictus autẽ eccleſiaſticus · eo q̃ de tocius eccleſie diſciplina religioſe conuerſationis

magna cura et ratione sit editus. Hic liber apud hebreos reperit̃
sed inter apocriphos habetur. ¶ Iudith vero & tobie siue mach
abeorum libri quibus auctoribus scripti sint·minime constat.
Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta
scribuntur ¶ Quatuor libri euangeliorum·primus. Matheus

QVatuor libros euangeliorum quatuor euangeliste
singulariter conscripserunt. ¶ Primus matheus con
scripsit euangelium litteris hebraicis & sermonibus
in iudea initians euangelisare ab humana xp̃i natiuitate·dicens
Liber generationis ihesu xp̃i filii dauid filii abraham·significás
descendisse corporaliter ex semíe patriarcharum xp̃m·sicut erat
promissum in prophetis per spiritum sanctum. ¶ Secundus
marcus plenus spiritu sancto scripsit euangelium xp̃i eloquio
graeco in italia secutus petrum·ut discipulus Is initium ab spiri
tu prophetali fecit dicens. Vox clamantis in deserto parate viá
domino·et reliqua·ut ostenderet xp̃m post assumptionẽ carnis
euangelium predicasse in mundo. Ipe enim xp̃us & propheta
dictus est·sicut scriptum est. Prophetam in gentibus posui te.
¶ Tercius lucas inter omnes euangelistas graeci sermonis eru/
ditissimus. Quippe ut medicus in graecia euangelium scripsit
theophilo ep̃o·initiás a sacerdotali spiritu dicẽs. Fuit in diebus
herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias· ut ma/
nifestaret xp̃m post natiuitatem carnis & predicationem euan/
gelii hostiam fuisse effectum pro salute mundi. Ipe est enim sa/
cerdos de quo dictum est in psalmis. Tu es sacerdos ineternũ
secundum ordinem melchisedech. Vbi enim xp̃s aduenit·sacer
dotium iudeorum obmutuit·lex & prophecia cessauit ¶ Quar
tus. Iohannes scripsit euangelium vltimus in asia· incipiens a
verbo·ut ostenderet eundem saluatorem· qui pro nobis digna/
tus est nasci & pati· ipsum ante secula dei verbum esse· ipsum a
caelo venisse·& post mortem iterũ ad caelum remeasse. Hi sunt
quatuor euãgeliste·quos per ezechielem spiritus sanctus signi/
ficauit in quatuor animalibus. Propterea autẽ quatuor aĩmalia
quia per quatuor mundi partes fides xp̃iane religionis eorum
predicatione disseminata est. Animalia autem dicta sunt· quo
niam propter animam hominis per eos predicatur euãgelium
xp̃i. Nam & oculis plena sunt intus & foris·quoniá preuide nt
ea que dicta sunt a prophetis·& que ꝓmiserãt in priori tẽpore.

Crura autem eorum recta·quia nichil prauum in euãgelio est·
Et alas senas tegentes crura & facies suas· reuelata sunt enim q̃
tegebantur in aduentu xpi. ¶ Euangelium interpretatur bona
annũciatio·graece enim eu bonum·angelium annũciatio dicit
Vnde & angelus nuncius interpretatur. ¶ Paulus apostolus
scripsit epistolas· xiiii· ex quibus·viii· ecclesiis scripsit·reliquas
discipulis suis·timotheo·tito & philemoni. Ad hebreos autem
epistola a plerisq; latinis eius esse incerta est· ,ppter dissonantiã
sermonis·eandemq; alii barnaban conscripsisse. Alii a clemente
scriptam fuisse suspicantur. ¶ Petrus scripsit duas nominis sui
epistolas· que catholice ideo nominantur·quia non vni tantũ
populo vel ciuitati·sed vniuersis gẽtibus generaliter scripte sunt
¶ Iacobus et iohãnes et iudas suas scripserũt epistolas ¶ Actꝰ
apostolorum primordia fidei xpiane in gentibus· & nascentis
ecclesie historiam digerit. Actuum apostolorum scriptorẽ lucã
esse constat euangelistam·in quo opere nascẽtis ecclesie infantia
texitur·& apostolorũ historia continetur. Vnde & actus apo/
stolorum dicitur. ¶ Apocalipsim librum iohannes euãgelista
scripsit· eo tempore quo ob euangelii predicationem in insula
patqmos traditur relegatus. Apocalipsis autem ex greco in lati
num reuelatio interpretatur. Reuelatio enim dicit manifestatio
eorum que abscondita erant· iuxta quod & ipe iohannes dicit.
Apocalipsis iesu xpi· quã dedit illi deus palã facere seruis suis.
Hi sunt scriptores sacrorum librorum·qui per spiritũ sanctum
lo quentes ad eruditionem nostram & preccpta viuendi & cre/
dendi regulam conscripserunt ¶ Preter hacc alia volumina apo/
crifa nuncupantur. Apocrifa autem dicta id est secreta·quia in
dubium veniunt. Est enim eorũ occulta origo·nec patet patri/
bus·e quibus vsq; ad nos auctoritas veraciũ scripturarũ certissi/
ma & notissima successione peruenit. In his apocrifis etsi inue/
nitur aliqua veritas· tamen propter multa falsa nulla est in eis
canonica auctoritas. Que recte a prudentibus iudicantur non
esse eorum credenda quibus ascribũtur. Nam multa & sub no/
minibus prophetarum·& recentiora sub nominibus apostolo/
ab hereticis proferuntur. Que omnia sub nomine apocriforum
auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt

¶ De Bibliotecis ¶ Ca·iii

Bibliotheca a graeco nomen accepit·eo q; ibi recondantur libri. Nam biblio librorum·teca repositio interptatur Bibliothecam veteris testamenti esdras scriba post incensam legē a caldeis·dum iudei regressi fuissent in hierusalem· diuino afflatus spiritu reparauit·cunctaq; legis ac prophetarū volumina que fuerunt a gentibus corrupta correxit·totumq; vetus testamentum in· xxii·libros constituit· ut tot libri essent in lege·quot & littere habebantur. ¶ Apud graecos autem bibliotecam primus instituisse pissistratus traditur atheniensium tirannus· quā deinceps ab atheniensibus auctam xerxes incensis atbenis euexit in persas·longoq; post tempore seleucus nicanor rursus in graeciam retulit. Hinc studium regibus vrbibusq; ceteris natum est comparandi comparandi volumina diuersarū gentium·et per interpretes in graecā linguam vertendi. Deinc magnus alexander vel successores eorum instruendis omnium librorum bibliotecis animum intenderūt· maxime ptolomeus cognomento philadelfus omnis litterature sagacissimus· cum studio bibliothecarum pissistratū emularetur non solum gentium scripturas· sed etiam & diuinas litteras in bibliothecā suā contulit. Nam·lxx·milia librorum huius temporibus alexādrie inuenta sunt. Hic etiam & ab eleasaro pontifice petēs scripturas veteris testamenti in graecam vocem ex hebraica lingua per·lxx interpretes transferre curauit· quas in alexandria bibliotheca habuit·siquidem singuli in singulis cellulis separati·ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt· ut nichil in alicuius eorum codice inuentum esset·quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt & alii interpretes·qui ex hebraica lingua in graecum sacra eloquia transtulerūt·sicut aquila·simmachus & theodocion· sicut etiam & vulgaris illa interpretatio· cuius auctor non apparet· & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sextam & septimam editionem origenes miro labore reperit·& cum ceteris editionibus coparauit Prespiter quoq; hieronimus trium linguarū peritus·ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas conuertit·eloquenterq; transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nā est & verborum tenatior·& perspicuitate sententie clarior

¶ De. Eo qui primum. Romam libros aduexit ¶ Ca·iiii

ROme primus librorũ copiã aduexit emilius paulus persa macedonio rege deuicto·deinde lucillus e pontica preda. Post hos caesar dedit marco varroni negocium etiam maxime bibliothece construende. Primum autem rome bibliothecas publicauit pollio. Hic graecas simul atq; latinas additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat

¶ Qui apud nos bibliothecas instituerunt ¶ Ca·v

APud nos quoq; pamphilus martir (cuius vitã eusebius caesariensis conscripsit) pissistratum in sacre bibliothece studio adequare primus contendit. Hic enim bibliotheca sua prope·xxx·voluminum milia habuit. Hieronimus quoq; atq; gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordinem prosecuti sunt·eorumq; studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt

¶ Qui multa scripserunt ¶ Ca·vi

MArcus terrencius varro apud latinos innumerabiles libros scripsit. Apud graecos quoq; calciterus miris attollitur laudibus·q; tantos libros edidert·quantos quisq; nostrũ alienos scribere propria manu vix possit. De nostris quoq; apud graecos origenis in scripturarum labore tam graecos q̃m latinos operum suorum numero superauit. Neniq; hieronimus sex milia librorum eius legisse fatetur. Horum tn omnium studia. Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nã tanta scripsit· ut diebus ac noctibus non solum scriberet libros eius quisq̃m·sed nec legere quidem occurrat

¶ De. Generibus opusculorum ¶ Ca·vii

OPusculorum genera sunt tria. Primũ genus excerpta sunt·que grece scolia nuncupantur·in quibus ea que vident obscura vel difficilia summatim ac breuiter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt·quas latini verbum appellant·que proferunt in populis. Tertium tomi quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omelie autẽ ad vulgus loquuntur. Tomi vero id est libri maioris sunt disputationis. ¶ Dialogus est collatio duorum vel plurimorum· quã latini sermonem dicunt. Nam quos graeci dialo gos vocant nos sermones vocamus. Sermo autem dictus·quia inter vtrũq; seritur Vnde & in virgilio. Multa inter se serebant. ¶ Tractatus autẽ

est vnius rei multiplex expositio. Dictus·q; trahat sensum in multa sentiendo contractandi secum. Differt autē sermo·tractatus·& verbum. Sermo enim altera eget persona. Tractatus specialiter ad seipm est. Verbum autem ad omnes. Vnde et dicitur Verbum fecit ad populum. ¶ Commentaria dicta quasi commenta·sunt enim interpretationes·ut commenta iuris·cōmenta euangelii. Nam quicquid breuiter componitur commētarium dicitur·quod vero elongatur expositio nominatur ¶ Apollogeticum est excusatio·in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est·& est nomen graecū. ¶ Panagericum est licentiosum & lasciuiosum genus dicendi in laudibus regum. In cuius compositione homines multis mendacis adulantur. Quod malum a grecis exortum est· quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitauit. ¶ Fastorū libri sunt·in quibus reges vel consules scribunt·a fastibus dicti id est potestatibus. Vnde & ouidii libri fastorum dicunt· quia de regibus & consulibus editi sunt. ¶ Probemium est initium dicendi. Sunt enim probemia principia librorū·que ante causē narrationem ad instruendas audiētium aures coaptant. Cuius nomen pleriq; latinitatis periti sine translatione posuerūt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum prefatio nuncupat quasi prelocutio. ¶ Precepta sunt que aut quid faciendum sit· aut quid non faciendum docēt. Quid faciendum sit·ut. Diligedeum tuum. Honora patrem tuum et matrem tuam. Quid nō faciendum·ut. Non mechaberis·non furtum facies. Similiter et gentilium precepta vel iubent· vel vetant. Iubent faciendum·ut Nudus ara. Sere nudus. Vetāt·ut. Neue inter vites conium sere neue flagella summa pete. Primus autem pcepta apud hebreos moises scripsit. Apud latinos marcius vates primus precepta cōposuit·ex q̄bus est illud. Postremus dicas. Primus taceas ¶ Parabole & proplemata nominibus suis indicāt altius se perscrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem per se gerit·quod licet sit vocabulum graecum· iam tamen pro latino vsurpatur·& notum est q̄ in parabolis que dicuntur rerum similitudines rebus de quibus agitur comparantur. Proplemata autem que latine appellantur propositiōes questiones sunt aliquid habentes quod disputatione soluendum sit. ¶ Questio

autem est quesitio·cum queritur an sit·an quid sit·an quale sit·
¶ Argumentum vero dictum·quasi argutum·vel ꝙ sit argute
inuentum ad comprobandas res. ¶ Epistolam proprie graeci
vocant·quod interpretatur latine missa·stola enī siue stoli missa
vel missi. Ante carte & membranarum vsum ī dolatis ex ligno
codicellis epistolarum eloquia scribebātur. Vnde & portitores
earum tabellarios vocauerunt ¶ De. Ceris ¶ Ca·viii

Cere litterarum materies paruulorū nutrices·ipe dant
ingenium pueris· primordia sensus· quarū studium
primi greci tradidisse produntur. Greci enim et tusci
primum ferro in ceris scripserunt. Postea romani iusserunt· ne
graphium ferreum quis haberet. Vnde & apud scribas dicebat
Ceram ferro ne cedito. Postea institutum est·ut ceram ossibus
scriberent·sicut indicat atta in satira dicens. Vertamus vomerē
in ceram·mucroneq; aremus osseo. ¶ Graphium autem grece la
tine scriptorium dicitur. Nam graphia scriptura dicitur

¶ De. Cartis ¶ Ca·viiii·

Cartarum vsum primum egiptus ministrauit· ceptū
apud memphiticam vrbem. Memphis enim ciuitas
egiptiorum est·vbi carte vsus inuentus est primum·
sicut ait lucanus. Conficitur bibula memphitis carta papiro. Bi
bulam autem papirum dixit·ꝙ bu morem bibat. Carta autem
dicta· ꝙ carptim papiri tegmen decerptum glutinatur. Cuius
genera q̄mplura sunt. Prima & p̄cipua augustea regia maioris
forme·in bonorē octauiani augusti appellata. Secunda libiana
ad bonorem libie prouincie. Tercia hieratica dicta·ꝙ ad sacros
libros eligebatur·similis auguste sed subcolorata. Quarta teneo/
tica·a loco alexandrie que ita vocatur vbi fiebat. Quinta salatica
ab oppido salo. Sexta corneliana·a cornelio gallo prefecto egip/
ti primū confecta. Septima emporitica·ꝙ ea merces inuoluunt
cum sit scripturis minus idonea ¶ De. Pergamenis ¶ Ca·x

Pergameni reges cum carta indigerent· membranas
primi excogitauerunt. Vnde & pergamenorū nomē
hucusq; tradente sibi posteritate seruatum est. Hec et
membrana dicuntur·quia ex membris pecudum detrahuntur.
Fiebant enim primum coloris lutei id est crocei. Postea vero ro
me candida membrana reperta sunt· quod apparuit inhabilia
esse·ꝙ & facile sordescant· aciemq; legentiū ledant·cū peritiores

architecti neq; aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent. neq; pauimenta alia q̃m eucharisteo marmore· q; auri fulgor ebetat·& eucharisti viriditas reficiat oculos. Nam & qui num/ mulariam discunt denariorũ somis mirteos pannos subiiciunt & gemmarum sculptores scarabeorum terga quibus nichil est viridius subinde respiciũt·& pictores idẽ faciũt·ut laborẽ visus eorum viriditate recreent. Membrana autem·aut candida·aut lutea·aut purpurea sunt. Candida naturaliter existũt. Luteũ mem/ branũ bicolor est·quod a confectore vna tinguitur parte id est crocat̃· de quo persius. Iam liber & positis bicolor membrana capillis. Purpurea vero inficiuntur colore purpureo· in quibus aurum & argentum liquescens patescat in litteris

De. Libris conficiendis Ca·xi

Ovedam nomina librorum apud gentiles certis mo/ dulis conficiebant̃· breuiore forma carmina atq; epi/ stole. At vero historie maiore modulo scribebantur & non solum in carta vel membranis sed etiam in omentis ele phantinis textilibusq; maluarũ foliis atq; palmarum. Cuius ge neris cinna sic meminit. Haec tibi taretis multum inuigilata lu cernis. Carmina que signas nouimus aerios. Leuis in aridulo malue descripta libello. Pruxiaca vexi munera nauicula. Circũ/ cidi libros·sicilie primum increbruit. Nam initio pumicabant̃. Vnde & catullus ait. Cui dono lepidum nouũ libellum arido modo pumice expolitum

De. Librorum vocabulis Ca·xii

Odex multorum librorꝫ est. Liber vnius voluminis. Et dictus codex per translationem· a corticibus ar/ borum·seu vitiũ· quasi caudex·q; in se multitudinẽ librorum quasi ramorũ contineat. Volumen liber est a vol/ uendo dictum·sicut apud hebreos volumina legis· volumina prophetarum. Liber est interior tunica corticis·que ligno co heret·in qua antiqui scribebant·de quo virgilius. Sic alta liber heret in vlmo. Vnde & liber dicitur in quo scribimus· q; ante vsum carte & membranorũ de libris arborum volumia fiebãt id est compaginabantur. Vnde & scriptores a libris arborum librarios vocauerũt

De. Libris & eorũ instrumẽtis Ca·xiii

Librarios constat antea bibliopolas dictos. Librũ enĩ greci biblum vocant. Librarii autẽ idem et antiquarii vocãtur. Sed librarii sunt·q; & noua et vetera scribũt

Antiquarii qui tantúmodo vetera. Vnde et nomen sumpserũt
A scribendo autem scriba nomen accepit·officiũ exprimens.
vocabuli qualitate. Instrumenta scribe·calamus & penna· ex
his enim verba paginis infiguntur. Sed calamus arboris est/
Penna auis·cuius acumẽ in duo diuiditur· in toto corpore vni
tate seruata· credo ,ppter misteriũ·ut in duobus apicibus vetus
& nouum testamẽtum signaretur·quibus exprimitur verbi sa/
cramentum·sanguine passionis effusum. Dictus autẽ calamus
q̃ liquorem ponat. Vnde & apud nautas calare ponere dicitur
Penna autẽ a pendendo vocata id est volando·est enim ut dixi/
mus auium. Folia autem librorum appellata·siue ex similitu
dine foliorum arborum·seu quia ex follibus fiunt id est ex pelli
bus·q̃ de occisis pecudibus detrahi solent· cuius partes pagine
dicuntur·eo q̃ sibi inuicem compingantur. Versus autẽ vulgo
vocati·quia sic scribebant antiqui· sicut aratur terra. A sinistra
enim ad dextram primum deducebant stilum·deinde conuerte
bantur ab inferiore & rursus ad dextram versus·quos et hodie
rustici versus vocant. Sceda est quod adhuc emendatur·&
nedum in libris redactũ est·& est nomen grecũ sicut thomus

De Canonibus euangeliorum Ca·xiiii

Anones euangeliorum. Ammonius alexandrie eps
primus excogitauit· quẽ postea eusebius caesarien sis
secutus plenius composuit. Qui ideo facti sunt·ut p
eos inuenire & scire possimus·qui reliquorum euangelistarum
similia aut propria dixerint. Sunt autem numero·x·quorũ pri/
mus continet numeros in quibus quatuor eadem dixerũt·ma/
theus·marcus·lucas & iohannes. Secundus quibus tres·mathe
us·lucas·marcus. Tercius in quibus tres· mathaeus·lucas & io/
hannes. Quartus in quibus tres·mathaeus·marcus & iohannes
Quintus in quibus duo·mathaeus·lucas. Sextus in quibus duo
mathaeus·marcus. Septimus in quibus duo·mathaeus·iohãnes
Octauus in quibus duo·lucas·marcus. Nonus in quibus duo·
lucas·iohannes. Decimus in quibus singuli eorũ propria que dã
dixerunt·quorum expositio haec est. Per singulos enim euan/
gelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet·quibus nu/
meris subdita est era quedam minio notata·q̃ indicat in quoto
canõe positus sit numerus cui subiecta est era. Verbi gratia. Si
est era prima in primo canone·si secunda in secundo·si tercia in

tercio·& sic per ordinem vsq; ad decimum peruenies. Si igitur aperto quolibet euangelio·placuerit scire qui reliquorum euangelistarum similia dixerunt·assumes adiacentem numerum capituli·& requires ipm numerum in suo canone quem indicat· ibiq; inuenies qui & quid dixerunt· & ita demum in corpore inquisita loca que ex ipis numeris indicantur per singula euangelia de eisdem dixisse inuenies.

De. Canonibus conciliorum Ca·xv

Canon autem graece·latine regula nuncupat. Regula autem dicta· q; recte ducit· nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerũt regulam dictam·vel q; regat· vel q; normam recte viuendi prebeat· vel quia distortũ prauumq; quid corrigat. Canones autem generalium conciliorũ a temporibus. Constantini ceperunt. In precedentibus namq; annis persecutione feruente docendarum plebium nemini dabatur facultas. Inde xpianitas in diuersas heresis scissa est·quia non erat licentia epis in vnum conuenire·nisi tempore supradicti imperatoris. Ipe enim dedit facultatem xpianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio niceno de omni orbe terrarũ conuenientes·iuxta fidem euangelicam & apostolicã· secũdum post apostolos tradiderunt simbolum. Inter cetera autem cõcilia quatuor esse scimus venerabiles sinodos·que totam principaliter fidem complectuntur·quasi quatuor euangelia·vel totidem paradisi flumina. Narum prima nicena sinodus·ccc·xviii· episcoporum. Constantino augusto imperante peracta est. In qua arriane perfidie condemnata blasphemia·quã de inequalitate sancte trinitatis idem arrius asserebat consubstãtialem deo patri deum filium eadem sinodus per simbolum diffiniuit. Secunda sinodus·c·l·patrum sub theodosio seniore constantinopolim congregata est·que macedonium spiritum sanctũ deum esse negantem condemnans·consubstantialem patri & filio spiritum sanctum demonstrauit· dans simboli formam·quã tota graecorum & latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tercia sinodus ephesiana prima·cc·episcoporum·sub iuniore theodosio augusto edita est·que nestorium duas personas in xpo asserentem iusto anathemate condemnauit·ostendens manere in duabus naturis vnam domini nostri ihesu xpi personam. Quarta sinodus calcedonensis·dc·xxx· sacerdotũ· sub marciano pncipe

habita est·in qua euticen constãtinopolitanum abbatem verbi dei & carnis vnam naturam pronunciantem·& eius defensorẽ dioscorum· quondam alexandrinum ep̃m· & ip̃m rursum nestorium cum reliquis hereticis vna patrũ sententia predamnauit·predicans eadem sinodus xp̃m deum de virgine sic natum· ut in eo substantiam diuine & humanae confiteamur naturae. Haec sunt quatuor sinodi p̃ncipales·fidei doctrinã plenissime predicantes. Sed & siqua sunt concilia·que sãcti patres spiritu dei pleni sãxerunt post istorum quatuor auctoritatem· omni manent stabilita vigore·quorum gesta in hoc opere condita cõtinentur. ¶ Sinodus autem ex graeco interpretatur comitatus vel cetus ¶ Concilii autem nomen tractũ est ex more romano Tempore enim quo cause agebantur· conueniebant omnes in vnum· communiq; intentione tractabant. Vnde & concilium a cõmuni intentione dictum·quasi concilium. Nam cilia oculorum sunt. Vnde et considiũ id est consiliũ·d·in·l·littera transeũte. ¶ Cetus vero conuẽtus est vel congregatio·a cocundo id est conueniendo in vnũ. Vnde et conuentus est nuncupatus·sicut a conuentu cetus vel concilium a societate multorum in vnum

De. Ciclo paschali ¶ Ca·xvi

Paschalem ciclum ipolitus ep̃us temporibus alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores. Eusebius cesariensis. Theophilus alexandrinus. Prosper quoq; natione aqtanus·atq;. Victorinus amplificatis eiusdem festiuitatis ratiõibus multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatus. Cirillus alexandrie vrbis ep̃us in nonagintaquinq; ãnos·per quinquies·x· nouies calculans quoto kalendas vel luna debeat pascalis solennitas celebrari summa breuitate notauit. ¶ Ciclus autem vocatus·q; in orbe digestus sit·& quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorũ sine varietate·& sine vlla arte. Vnde & factũ est ut cuiusq; materie carmia simplici formitate facta ciclica vocarentur Hinc et laterculum dictum·q; ordinem habeat stratũ annorum

Ciclus. Primus decēnoualis

Com ii idus appˀ lu xxi
B Cō vi kal appˀ lu xvi
Em xvi kal mai lu xvii
Com vi idus appˀ lu xx
Com ix kal appˀ lu xvi
B Em p̄ idus ap lu xvi
Com ii nonas ap lu xix
Em viii kal mai lun xx
Com v idus appˀ lu xvi
B Com ii ka ap lu xviii
Em xii kal maii lun xix
Com nonas appri lu xv
Com vi kal appˀ lu xviii
B Em xvi ka ma l xviii
Com vi idus appˀ lu xxi
Com viii ka app lu xvii
Em idus appri lun xviii
B Com ii nōas ap l xx
Em viii ka maii lun xxi

Ciclus. Secundus decēnoualis.

Com v idus appˀ lu xviii
Com ii kal appˀ lu xxi
B Em xii kal mai lu xxi
Com nonas appri lu xvii
Com v kal appri luna xx
Em xv kal mai lu xxi
B Com kal appri lu xvi
Em xi kalen mai lu xviii
Com idus appri luna xx
Com iiii kal appˀ lu xv
B Em xv kal mai lu xvi
Com v idus appri lu xix
Com viii kal appri lu xv
Em viii kal mai lu xvi
B Com nonas ap l xviii
Com v kalen appri lu xxi
Em iiii kal appri luna xv
Com iiii nonas ap lu xviii
B Em xi ka mai lu xviiii

Ciclus. Tercius decennoualis

Com viii idus ap lu xv
Com iiii ka app lu xviii
Em iiii kal mai luna xx
B Com v ka ap lu xxi
Com viii kal app lu xvi
Em viii ka mai lu xviii
Com viii idus ap lu xx
B Em vii ka mai lu xxi
Com iiii idus ap lu xvii
Com iiii nōas ap lu xx
Em x kalen mai lu xxi
B Cō viii idus ap lu xvi
Com iiii kal app lu xix
Em xiiii kal mai lu xx

Ciclus. Quartus decennoualis.

B Cō iiii idus ap l xviiii
Com vii kal appri lu xv
Em xvii kalen mai lu xvi
Com vi idus appri lu xix
B Com iiii kal ap lu xxi
Em iii idus appri luna xv
Com iii nonas ap lu xviii
Em viii kalen mai lu xx
B Com xix ka mai l xxi
Com iii kalen appri lu xvii
Em xiii kalen app lu xviii
Com iii idus app lu xxi
B Com vii kalen ap lu xvi
Em xvii kalen mai lu xvii

Com iii nonas ap l xvi
B Cō viii ka ap l xviii
Em vii kal mai lu xix
Com iii kal app lu xvi
Em iiii ka mai lu xvii

Com vii idus appri lu xx
Com x kalen appri lu xvi
B Em iii idus app lu xvi
Com iii nonas ap lu xviiii
Em viii kalen mai lu xx

Ciclus. Quintus decēnoualis

Com vi idus ap lu xvii
B Cō iii kal app lu xix
Em xiii kal mai lu xx
Com ii nōas ap lu xvi
Com vi kal app lu xix
B Em xvii ka mai lu xix
Com ii kal app luna xv
Em xii kal appri lu xvi
Com ii idus app lu xix
B Cō iii kal app lu xxi
Em xvi kal mai lun xv
Com vi idus ap lu xviii
Com ii kal appri lu xxi
B Em iii ka mai lu xxi
Co ii nonas ap lu xvii
Com vi kal appri lu xx
Emb xvi mai luna xxi
B Com ii kal ap lu xxi
Em xii kal mai lu xvii

In conditione mundi vsq; ad hunc nouissimum ciclum cōpu/tur ánī·v·d·cccc·xx. Post cuius expletionem ad primū exordiū recurrēdum. Antiqtus ecclesia pascha· xiiii· luna cum iudeis celebrabat·quocunq; die occur/reret· quem ritum sancti patres in nicena sinodo prohibuerunt con stituētes non solum lunam pascalem & mensem inquirere sed etiam & diem resurrectiōis dominice obseruare· & ob hoc pasca a quartadecima luna vsq; ad vicesimāprimā extenderūt· ut dies dominicus nō omittere/tur. Pasce autem vocabulum non graecum sed hebreum est· nec a passione dictum·quoniam paschin graece dicit pati· sed a transitu hebreo verbo pascha ap/pellatum est·eo q; tunc populus dei ex aegipto transiret. Vnde etiam in euāgelio (cum vidisset inquit ihesus) quia venit hora ut transiret de mundo ad patrem. Cuius nox ideo pugil dicit propter aduentū regis ac domini nostri·ut tempus resurrectio/nis eius·nos nō dormiētes sed vigilātes inueniat. Cuius noctis duplex ratio est·siue q; in eadem tunc vitam recepit cum passus est·siue q; postea eadem hora qua resurrexit ad iudicandum vē turus est. Eo autem modo agimus pascha·ut non solum mor tem & resurrectionem xpi in memoriam reuocemus·sed etiam

cetera que circa eam attestantur ad sacramentorũ significationẽ
inspiciamus. Propter initium enim nouẽ vite·& propter nouũ
hominem quem iubemur induere·& exuere veterem expurgas/
mus vetus fermentum·ut simus noua conspersio·quõ pascha
nostrum immolatus est xps. Propter hanc ergo vite nouitatem
primus mensis nouorũ in anni mensibus celebrationi paschali
mistice attributus. Cp vero tercie ebdomade die pascha celebrat
idẽ qui dies occurrit a quintadecima in viceſimamprimã· hoc
significat quia in toto tempore seculi quod septenario dierũ nu/
mero agitur·nunc tercium tempus hoc sacramẽtum apparuit.
Primũ enim tempus est ante legem. Secundum sub lege. Ter/
cium sub gratia· vbi iam manifestum est sacramentum· prius
occultũ in prophetico enigmate. Ideo & propter haec tria secul
tempora·resurrectio domini triduana est. Cp vero a quartadeci/
ma luna vsq; ad viceſimamprimam per dies·vii·paschalis dies
queritur·hoc fit propter ipm numerum septenarium·quo vni/
uersitatis significacõ sepe figurat·q etiã ipi ecclesie tribuit ,ppter
instar vniuersitatis. Vnde & iohannes apostolus in apocalipsi
septẽ scribit ecclesiis. Ecclesia vero in ista adhuc mortalitate car/
nis constituta·,ppter ipam mutabilitatem lune nomine in scrip
turis significatur. Varia autem obseruãtia oppinionũ paschalis
festiuitatis interdum errorẽ gignit latini nanq; a·iii·nõas marcii
vsq; in· iii·nonas apprilis primi mensis lunam inquirunt· & si
quartadecima luna die dominico peruenerit· in alio dominico
pascha protrahunt. Greci primi mensis lunã ab·viii·idus mar/
cii vsq; in diem nonarum apprilium obseruant· & si·xv·luna die
dominico occurrerit sanctum pascha celebrant. ¶ Huiusmodi
ergo dissensio inter vtrosq; paschalem regulam turbat. ¶ Com
munis annus dicitur·qui·xii·tantum lunas·hoc est dies·ccc·liii
habet. Dictus autem cõmunis· quia sepe duo ita coniuncti in/
cedunt·ut inuicem se in paschali solennitate sequãtur. Nam em
bolismus annus est semper solus. ¶ Embolismus annus ẽ qui
tredecim menses lunares id est·ccc·lxxxiiii·dies habere mõstrat.
Ipe est annus sancto moisi diuinitus reuelatus· in quo iubent
hi qui longius habitant in secũdo mense pascha celebrare. Em/
bolismus autem nomen graecum est· quod interptatur latine
superaugmentum· eo q; expleat numerum annorum commu/
nium·quibus·xi·lunares dies deesse cernuntur. Embolismi aũt

anni et communes sic inueniuntur. Si enim a·xiii·luna pasche
precedentis vsq; ad·xiiii·pasche sequētis·ccc·lxxxiii·dies fuerint·
emboliſmalis annus est. Si·ccc·liii communis est. ¶ Bisſextus
est per ānos·iiii·vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos
annos quarta pars assis. At vbi quarto anno assem cōpleuerit·
bisextilem annum facit. Dictus autem bisextus·quia bis sexies
ductus assem facit· quod est vnus dies. Sicut & quadrantem
propter quater ductum·quod est bisextus·quem super dierum
cursum in annum sol facit·siue q; nequeat annum subintroduc/
cere·nisi bis·vi·nonas marcii cōputaueris·hoc est & primo die
vi·nonas marcii·& addito bisexto·alio die·vi·nōas marcii itera/
ueris. A sexto autem nōas marcii vsq; in diem pridie kalendas
ianuarii in lune cursu bisextus apponitur·atq; inde detrahitur.
¶ Intercalares autem dies ideireo vocantur·quia interponūtur·
ut ratio lune solisq; conueniat. Calare enim ponere dicit̄· inter/
calare interponere. ¶ Epactas graeci vocant·latini adiectiones
annuas lunares· que per vndenariū numerū vsq; ad tricenariū
in se reuoluunt̄·quas ideo egiptii adiciunt· ut lunaris emensio
rationi solis equetur. Luna enim iuxta cursum suum in·xxviii·se/
mis dies lucere dinoscitur·& fiunt in anno lunares dies·ccc·liii·
remanent ad cursum anni solares dies·xi·quos egiptii adiciūt.
Vnde & adiectiones vocantur. Absq; his non inuenies lunam
quota sit in quolibet anno & mense & die. Iste epacte semper
·xi·calendas aprilis reperiunt̄ in eadem luna que fuerit eo die.
Continentur aūt circulo decēnouali·sed cum ad·xxviii·epactas
peruenerint·qui est circulus decennoualis iam sequenti āno nō
addes super·xxviii·vndecim·ut decem annuncies detractis·xxx
sed inde reuerteris·ut vndecim pronuncies

De. Reliquis festiuitatibus ¶ Ca·xvii

Festiuitas dicta a festis diebus·quasi festiditas· eo q;
in eis sola res diuina fit· quibus econtrario sunt fasti·
in quibus ius fatur id est dicit̄. ¶ Solennitas a sacris
dicitur·ita suscepta·ut mutari ob religionem non debeat a solito
id est firmo atq; solido nominata. ¶ Celebritas autem nomiat̄
q; non ibi terrena·sed celestia tantum agantur. ¶ Pascha festiui
tatum omniū prima est. De cuius vocabulo iā superius dictū
est. ¶ Penthecostes sicut & pascha apud hebreos celebris dies
erat·quod post·v·decadas pasche celebrat̄. Vnde & vocabulum

sumpsit. Penta enim graece quinq. In quo die secundum legem
panes propositionis de nouis frugibus offerebantur. Cuius fi/
guram ānus iubileus in testamento veteri gessit·que nunc iterū
per futuram repromissionis eternā requiem prefigurat. Epi/
phania grece latine apparitio·siue manifestatio vocatur. Eo enī
die xps sideris inditio magis apparuit adorandus. Quod fuit fi
gura primicie credentium gentium. Quo die & dominici bap/
tismatis sacramentum· & permutate in vinum aque factorum
per dominum signorum principia extiterunt. Due sunt autem
epiphanie. Prima ī qua natus xps·pastoribus hebreorū angelo
nunciante apparuit. Secunda in qua ex gentium populis stella
indice aput sepis cunabula magos adoraturos exhibuit. Sce/
nopheia solennitas hebreorum de graeco in latinum tabernacu
lorum dedicatio interpretatur·que celebratur a iudeis in memo
riam expeditionis cum ab egipto promoti in tabernaculis age/
bantur·& ex eo scenophegia. Scena enim graece tabernaculum
dicitur·que solennitas apud hebreos septembri mense celebrat.
Neomenie apud nos kalende·apud hebreos autem quia secū
dum lunarem cursum menses supputantur. Et graece mene lu/
na appellatur·inde neomia id est noua luna. Erant apud hebre
os ipi dies kalendarū ex legali institutione solennes·de quibus
in psalterio dicitur. Canite initio mensis tuba in die insigni so/
lennitatis vestre. Encenia autem est noua templi edificatio.
Graece enim cenō dicitur nouum· quando enim aliquid nouū
dedicatur encenia dicitur. Hanc dedicationis templi solennitatē
iudei octobris mense colebant. Dies palmarum id eo dicitur·
quia in eo dominus & saluator noster sicut ꝓpheta cecinit hie/
rusalem tendens asellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cū
ramis palmarum multitudo plebium obuiam ei clamauerunt.
Osanna benedictus qui venit in noīe domini rex israhel. Vul/
gus autem ideo hunc diem capitilauium vocant· quia tūc mo/
ris est lauandi capita infantium qui vnguendi sunt·ne obserua
tione·xl·sordidata ad vnctionem accederent. Hoc autē die sim/
bolum confitentibus traditur· ꝓpter confinem dominici pasce
solennitatem·ut q iam ad dei gratiam percipiendam festinant·
quam confiteantur fidem agnoscāt. Cena dominica dicta ē·
eo q in eo die saluator pascha cum suis discipulis fecerit· quod
& vsq hodie sicut est traditū celebrat·sauctuq in eo die crisma

conficitur·atq; initium noui & veteris cessatio testamenti decla
ratur. ¶ Sabbatum ab hebreis ex interpretatione vocabuli sui
requies nominatur·q; deus in ipo·perfecto mundo requieuisset
Siquidem & eo die requieuit dominus in sepulcro·ut quietis
illius misteriú confirmaret· quod iudeis obseruandum in vm/
bra futuri preceptum est. Sed postq̃m xps in sepultura sua eius
figurá adimpleuit·obseruatio eius quieuit. ¶ Dominicus dies
proinde vocat· quia in eo resurrectionis domini nostri gaudiú
celebratur. Qui dies non iudeis sed xpianis in resurrectione dñi
declaratus est. Et ex illo habere coepit festiuitatem suá. Illis enim
solum celebrandum sabbatum traditum est· quia erat antea re/
quies mortuorum. Resurrectio autem illius erat qui resurgens
a mortuis non moreretur. Postq̃m autem facta est talis resur/
rectio in corpore domini·ut piret in capite ecclesie·quod corpus
ecclesie speraret in fine iá dies dominicus id est octauus· qui &
primus celebrari coepit

¶ De. Officiis ¶ Ca·xviii

Officiorum plurima genera sunt·sed praecipuú illud
quod in sacris diuinisq; rebus habetur ¶ Officiú aút
ab efficiendo dictum· quasi efficium· propter decoré
sermonis·vna mutata littera·vel certe·ut quisq; illa agat· q̃ nulli
officiant·sed prosint omnibus. ¶ Vespertinum officium est in
noctis initio vocatum ab stella vespere·que surgit oriéte nocte.
¶ Matutinum vero officiú est in lucis initio·ab stella lucifero
appellatum·que oritur incboante mane. Quorum duum tem/
porum significatione ostenditur· ut die ac nocte semper deus
laudetur ¶ Missa tempore sacrificii est· quando cathecumini fo
ris mittuntur· clamante leuita. Siquis cathecuminus remansit
exeat foras. Et inde missa·quia sacramentis altaris interesse non
possunt·qui nondum regenerati noscuntur ¶ Chorus est mul
titudo in sacris collectis. Et dictus chorus q; initio in modum
corone circum aras starent·et ita psallerent. Alii chorú dixerunt
a concordia·que in caritate consistit·quia si caritatem nõ habeat
respondere conuenienter non potest. Cum autem vnus canit·
graece monodia·latine succinium dicitur. Cum vero duo canút
bicinium appellatur. Cum multi chorus. Nam chorea ludicrú
cantilene vel saltationes classium sunt. ¶ Antiphona ex graeco
interpretatur vox reciproca·duobus scilicet choris alternatim
psallentibus ordine cõmutato·siue de vno ad vnú. Quod genus

psallendi graeci meminisse traduntur ¶ Responsorios itali tradi
derunt· quod carmen inde responsorios cantus vocant· q̃ alio
desinente·id alter respondeat. Inter responsorios autem & anti/
phonas hoc differt·q̃ in responsoriis vnus versum dicit·in anti
phonis autē versibus alternant chori ¶ Lectio dicitur·quia nō
cantatur ut psalmus vel himnus·sed legitur tantum. Illic enim
modulatio·hic sola pronūciatio queritur ¶ Canticum est vox
cantantis in leticia. ¶ Psalmus autem dicitur· qui cantatur ad
psalterium·quo vsum esse dauid prophetā in magno misterio
prodit historia. Haec autem duo in quibusdam psalmorum ti/
tulis iuxta musicam artem alternatim sibi opponūtur. Nam cā
ticum psalmi est· cum id quod organum modulat̄ vox postea
cantantis eloquitur. Psalmus vero canticū quod humana vox
preloquitur·ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a
psalterio dicitur. Vnde nec mos est ex alio opere eum componi
Tres autem gradus sunt in cantando. Primus succentoris. Secū
dus incentoris. Tercius accentoris ¶ Diapsalma quidā hebreū
verbum esse volunt· quo significatur semper·id est q̃ illa q̃bus
hoc interponitur·sempiterna esse confirmēt. Quidam vero gre/
cum verbum existimāt·quo significatur interuallum psallendi·
ut psalma sit quod psallitur·diapsalma vero interpositū in psal/
lendo silentium·ut quemadmodum simpsalma dicitur vocum
copulatio in cantando·ita diapsalma disiunctio earum·vbi que/
dam requies distincte cōtinuationis ostenditur. Vnde illud ꝓ/
babile est non cōiungendas sententias in psallendo vbi diapsal
ma interpositum fuerit·quia ideo interponitur·ut cōuersio sen/
suum vel personarum esse noscatur ¶ Himnus est cāticum lau
dantium·quod de greco in latinum laus interpretat̄· ꝓ eo q̃ sit
carmen leticie & laudis. Proprie autem himni sun continentes
laudem dei. Si ergo sit laus·& nō sit dei·nō est himnus. Si sit et
laus·& dei laus·& nō cātetur·nō est himnus. Si ergo & in lau
dem dei dicitur & cātatur· tūc est himnus. Cui cōtrarium est
trenum·quod est lamēti & funeris. ¶ Alleluia duum verborū
interpretatio est·hoc est laus dei· & est verbum hebreum. Iam
enim vnum est de· x·nominibus q̃bus apud hebreos deus vo/
catur ¶ Amen significat vere siue fideliter·quod et ipm̄ hebreū
est. Que duo verba amen & alleluia nec graecis·nec latinis·nec
barbaris licet in suam linguā omnino transferre· vel alia lingua

annunciare. Nam q̃muis interpretari possint·propter sanctioré
tamen auctoritatē seruata est ab apostolis in his ꝓprie linguae
antiquitas. Tanto enim sacra sunt nomina·ut etiam Iohannes
in apocalipsi referat se spiritu reuelante vidisse & audisse vocem
celestis exercitus·tanq̃m vocem aquarum multarū & tonitruū
validorum dicentium·amen et alleluia·ac per hoc sic oportet in
terris vtraq; dici·sicut in caelo resonant. ¶ Osanna in alterius
linguae interpretationem in toto transire non potest. Osi enim
saluifica interpretatur. Anna interiectio est motū animi signifi/
cans·sub deprecātis affectu. Integre autem dicit osianna· quod
nos corrupta media vocali littera & elisa dicimus osanna·sicut
fit in versibus cum scandimus·littera enim prima verbi sequen
tis extremam prioris verbi veniens excludit. Et dicit hebraice
osanna·quod interpretatur saluifica·siibaudiendo·vel populum
tuum·vel totum mundum ¶ Offertorium tali ex causa sumpsit
vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio·que altari offertur &
sacrificatur a pontificibus·a quo offertorium nominatur·quasi
propter fertum. ¶ Oblatio vocatur·quia offertur. ¶ Dona dei
proprie dicuntur·munera hominum. Nam munera dicuntur
obsequia que pauperes diuitibus loco munerum soluunt. Ita q;
munus homini datur·donum deo. Vnde etiam in templis do/
naria dicimus. Munera autem vocantur·quia manibus vel acci
piuntur·vel dantur. Duo sunt autem que offeruntur·donum et
sacrificium. Donum dicitur quicquid auro argentoq; aut qua/
libet alia specie efficitur ¶ Sacrificium autem est victima·& q/
cunq; in ara cremantur seu ponuntur. Omne autem quod dedi
datur·aut dedicatur·aut consecrat. Quod dedicatur·dicendo dat
Vnde & appellatur. Vnde & errant qui dedicationem consecra
tionem putant significari ¶ Immolatio ab antiquis dicta·eo q;
in mole altaris posita victima cederet. Vnde & mactatio post
immolationem est. Nunc autem immolatio pani & calici con/
uenit ¶ Libatio autem tantúmodo calicis oblatio est. Hinc est
illud. Et libauit de sanguine vue. Sic & secularū quidam poe/
tarum. Nunc inquit pateras libate ioui. Libare enim ꝓprie fun
dere est·sumptumq; nomen de libero quodam· qui in graecia
vsum reperit vitis. ¶ Hostie apud veteres dicebantur sacrificia·
que fiebant anteq̃m ad hostem pergerēt ¶ Victime vero sacrifi
cia· que post victoriam deuictis hostibus immolabantur. Et

erant victime maiora sacrificia q̃m hostie. Alii victimã dictã putauerunt·quia ictu percussa cadebat. Vel quia vincta ad aras ducebatur ¶ Holocaustum illud est vbi totum igne consumit̃ quod offert̃. Antiqui enim cum maxima sacrificia administra/ rent solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma. Et ipa erant holocaustomata. Holo enim graece totum dicit̃. Cau stis incensio. Et holocaustum totum incensum. ¶ Cerimonie apud latinos dicuntur sacra omnia·que apud graecos orgia vo catur. Proprie autem visum est doctoribus a carendo appellari cerimonias·quasi carimonias·eo q̃ ea que in sacris diuinis offe runtur·in suo vsu carerent homines. Quod etiam nomẽ in vsu est sanctarum litterarum. Alii autem cerimonias proprie in ob seruationibus iudeorum credunt·abstinentiam scilicet quarun/ dam escarum secundum legem·eo q̃ obseruantes careant his re bus·quibus se abstinuerint. ¶ Sacrificium dictum·quasi sacrũ factum·quia praece mistica consecratur in memoriam ꝓ nobis dominice passionis. Vnde hoc eo iubente corpus xp̃i et sangui/ nem dicimus·quod dum sit ex fructibus terre sanctificat̃·& fit sacramentum·operante inuisibiliter spiritu dei. Cuius panis & calicis sacramentum greci eucharistiam dicunt·quod latine bo na gratia interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine xp̃i Sacramentum est in aliqua celebratione· cum res gesta ita fit· ut aliquid significare intelligatur·quod sancte accipiendum est Sunt autem sacramenta·baptismum·& crisma·corpus & sang uis xp̃i·que ob id sacramenta dicuntur· quia sub tegimento cor poralium rerum virtus diuina secretius salutem eorundem sa/ cramentorum operat̃. Vnde & a secretis virtutibus·vel a sacris sacramenta dicuntur. Que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt quia sanctus in ea manens spiritus·eundem latenter sacramen/ torum operat̃ effectum. Vnde seu per bonos seu per malos mi/ nistros intra dei ecclesiam dispensent̃·tamẽ q̃a spiritus sanctus mistice illa viuificat·qui quondam apostolico in tempore visi/ bilibus apparebat operibus·nec bonorum meritis dispensatorũ amplificantur haec dona·nec malorum attenuantur· quia neq; qui plantat est aliquid·neq; qui rigat·sed qui incrementum dat deus. Vnde & graece misterium dicitur·q̃ secretam & recondi tam habeat dispensationem ¶ Baptismum grece·latine tinctio interpretatur·quod idcirco tinctio dicit̃· quia ibi homo spiritu

gratiae in melius immutatur·& longe aliud q̃m erat efficitur.
Prius enim deformitate peccatorũ fedi eramus·in ipa intinctio
ne reddimur pulcri dealbatione virtutum. Vnde & in canticis
scribitur canticorum. Que est ista que ascendit dealbata? Cuius
misterium nõ aliter nisi sub trinitatis designatione·id est patris
& filii & spiritus sancti cognominatione completur·dicẽte do/
mino ad apostolos. Ite docete omnes gentes·baptisantes eos in
nomine patris & filii & spiritus sancti. Sicut enim in tribus te
stibus stat omne verbum·ita hoc sacramentum confirmat ter/
narius numerus nominum diuinorum. Q̃ autem per aquam
baptismum datur·haec ratio est. Voluit enim dominus·ut res
illa inuisibilis per congruentem sed profecto contrectabilem re
visibile impenderetur elementum·super quod etiã in principio
ferebatur spiritus sanctus. Nam sicut aqua purgat̃ exterius cor/
pus·ita lateter eius·misterio per spiritum sanctum purificatur
& animus. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enim deo·desce
dit spiritus sanctus de caelis·& medicatis aquis sanctificat eas
de semetipso·& accipiunt vim purgationis·ut in eis & caro &
anima delictis inq̃nata mundet̃. Crisma grece·latine vnctio
nominatur·ex cuius nomine & xps dicitur·& homo post lua
crum sanctificatur. Nam sicut in baptismo peccatorũ remissio
datur·ita per vnctionem sanctificatio spiritus adhibet̃. Et hoc
de prist̃na disciplina·qua vngui in sacerdotium & in regnum
solebant·exquo & aaron a moise vnctus est. Quod dum carna
liter fit·spiritaliter proficit·quomodo & in ipa baptismi gratia
visibilis actus est·q̃ in aqua mergimur·sed spiritalis effectus·q̃
a delictis mundamur. Hoc significat illud vnguentum·quod
peccatrix mulier super pedes·& ea que dicitur non fuisse pecca/
trix super caput ihesu fudisse describit̃. Manusimpositio ideo
fit·ut per benedictionem aduocatus maneat̃ spiritus sanctus.
Tunc enim ille paraclitus post mundata & benedicta corpora
liberis a patre descendit·& quasi super baptismi aquam tanq̃m
super pristinam sedere recognoscens quiescit. Nam legitur q̃ in
principio aquis superferebatur spiritus sanctus. Exorcismus
graece·latine coniuratio·siue sermo increpationis est·aduersus
diabolum·ut discedat. Sicut est illud in zacharia. Et ostendit
michi ihesum sacerdotem magnum·stantem coram angelo do/
mini·& sathan stabat a dextris eius·ut aduersaretur ei·& dixit

dominus ad sathan. Increpet dominus in te sathan. & increpet dominus in te qui elegit hierusalem. Hoc est exorcismus increpare & coniurare aduersus diabolum. Vnde sciendum q̃ non creatura dei in infantibus exorcisat̃. aut exsufflatur. sed ille sub quo sunt omnes qui in peccato nascunt̃. est enim princeps peccatorum. ¶ Simbolum per linguam grecam signum vel cognitio interpretatur. Descensuri enim apostoli ad euangelisandum in gentibus. hoc sibi predicationis signum vel indicium posuerunt. Continet enim confessionem trinitatis. & vnitatẽ ecclesie. & omne xp̃iani dogmatis sacramẽtum. Q̃ simbolum fidei & spei nostre nõ scribitur in carta & atramento. sed in tabulis cordis carnalibus. ¶ Oratio petitio dicit̃. Nam orare ẽ petere. sicut exorare impetrare. Constat autem oratio loco & tempore. Loco quia non vbiq̃. cũ prohibeamur a xp̃o in publico orare. sed vbi oportunitas dederit. aut necessitas importauerit. Neq̃ enĩ cõtra praeceptum reputatur ab apostolis factum. quia in carcere audientibus custodibus orabant & canebant deo. De tẽpore vero dictũ est. Sine intermissiõe orate. sed hoc in singularibus. Nam est obseruatio quarũdam horarum communium. que diei interspacia signant. tercia. sexta. & nona. Similiter & noctis. Sed ideo he orãdi hore diuise sunt. ut si forte aliquo fuerimus opere detẽti. ip̃m nos ad officium tempus admoneat. que tempora in scripturis inueniuntur. Primum enim spiritus sanctus cõgregatis discipulis hora tercia infusus est. Petrus qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est. sexta hora orãdi gratia ascenderat. Idem etiam cum Iohanne hora nona tẽplum adiit. quando claudum sanitati reformauit. Sed & danielem legimus haec tempora in oratione obseruasse. & vtiq̃ ex israhelis disciplina. ut ne minus q̃m ter in die adoremus. Debitores enĩ sumus trium personarum. patris & filii & spiritus sancti. Exceptis vtiq̃ & aliis legitimis orationibus. que sine vlla admonitione debentur in ingressu lucis ac noctis siue vigiliarum. Sed & cibum nõ prius sumere q̃m interposita oratione debemus. Priora enim habẽda sunt spiritus refrigeria. quia priora celestia q̃m terrena. Qui autem vul orationem suam volare ad deum. faciat illi duas alas. id est ieiunium & elemosinam. & ascendet celeriter. & exaudietur. ¶ Ieiunium est parsimonie victus. abstinentiaq̃ ciborum. Cui nomen est inditum ex quadam parte

k 1

viſcerum tenui ſemper et vacua·quod vulgo ieiunium vocatur
Vnde ieiunii nomen creditur deriuatum·q; ſui inedia viſcerum
vacua & exananita exiſtunt.Ieiunium autem & ſtatio dicitur.
Statio autem de militari exemplo nomen accepit·p eo q; nulla
leticia obueniens caſtris ſtationem militum reſcindat. Nam le/
ticia libẽtius triſticia ſolicitius adminiſtrat diſciplinam. Vnde
& milites nunq̃m inmemores ſacramenti· magis ſtationibus
parent. Diſcernunt autem quidam inter ieiunium & ſtationẽ.
Nam ieiunium eſt indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentia· nõ
ſecundum legem·ſed ſecundum propriam voluntatem. Statio
autem eſt obſeruatio ſtatutorum dierum·vel temporũ. Dierũ·
ut quarte ferie et ſexte ieiunium·ex veteri lege praeceptũ·de qua
ſtatione in euãgelio dixit ille.Ieiuno bis in ſabbato· id ẽ quarta
& ſexta ſabbati.Temporum autem que legalibus ac ꝓphetici
inſtitutionibus terminatis temporibus ſtatuta ſunt· ut ieiuniũ
quarti·quinti·ſeptimi·& decimi menſis. Sicut in euãgelio dies
illi in quibus ablatus eſt ſponſus· vel ſicut obſeruatio quadra/
geſime que in vniuerſõ orbe inſtitutione apoſtolica obſeruatur
circa confinium dominice paſſionis. Hiis tertium genus quidã
adiiciunt· quam exerophagiam dicunt· abſtinentiam ſcilicet
humentium ciborum.Vnde & nomen hoc datum· eo q; ſiccis
quidam eſcis vtuntur. ¶ Penitentia appellata·quaſi punitenti·
eo q; ipe homo in ſe puniat penitendo·quod male admiſit. Nã
nichil aliud agunt quos veraciter penitet· niſi id quod male fe/
cerunt impunitum eſſe non ſinant. Eo quippe modo ſibi non
parcẽtibus·ille parcet·cuius altum iuſtumq; iudicium nullus cõ
temptor euadet.Perfecta eſt autem penitentia· preterita deflere·
& futura non admittere.Haec ſecunda in ſimil tudine fontis ẽ·
ut ſi forte impugnãte diabolo aliquod peccatũ irrepſerit huius
ſatiſfactione purgetur ¶ Satiſfactio autem eſt cauſas peccatorũ
& ſuggeſtiones excludere· & vltra peccatum non iteare. ¶ Re/
conciliatio vera eſt·que poſt complementũ penitentie adhibet·
Nam ſicut conciliamur deo·quando primum a gentilitate con/
uertimur·ita reconciliamur· quando poſt peccatum penitendo
regredimur. ¶ Exomologeſis graeco vocabulo dicit· quod lati/
ne confeſſio interpretatur.Cuius nominis duplex ſignificatio ẽ
Aut enim in laude intelligit confeſſio·ſicut eſt. Confiteor tibi
pater domine caeli & terre.Aut dum quiſq; confitet ſua peccata

ab eo indulgenda·cuius indeficiens é misericordia. Ex hoc ergo graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis·quo delictum nostrum domino confitemur·non quidem ut ignaro cuius cognitiói nichil est occultum·sed confessio est rei· scilicet eius que ignoratur professa cognitio. Vtile enim sibi ac iocundum quisq̃m existimauerat rapere·adulterare·furari·sed vbi hec eterne damnationi obnoxia esse cognouit·cognitis his·confitet errorem. Confessio auté erroris professio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est·dum confessio est. Confessio auté antecedit·remissio sequitur. Ceterum extra veniam est·qui peccatum cognoscit·nec cognitum confitetur. Itaq; exomologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est·habitu atq; victu sacco & cinere incubare·corpus sordibus obscurare·animũ meroribus deiicere·illa que peccauit tristi tractatione mutare. Letanie autem graeco nomine appellantur· que latine dicunt̃ rogationes. Inter letanias vero & exomologesim hoc differt·q; exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur·letanie vero indicuntur·propter rogandum deum·et impetrandũ in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrũq; vocabulum sub vna significatiõe habetur·nec distat vulgo vtrum letanie an exomologesis dicantur. Supplicationis aũt nomen quodammodo ex gentilitate retinetur. Nam ferie aut legittime erant apud eos· aut indicte. Indicte autem·quia paupertas antiqua romanorũ ex collatiõe sacrificabat·aut certe de bonis damnatorum. Vnde supplicia dicuntur supplicationes·quia fiebant de bonis passorũ supplicia. Sacre enim res de rebus execrandorum fiebant.

INCIPIT · LIBER · SEPTIMVS · DE · DEO

BEATISSIMVS · HIERONIMVS · VIR·ERVDITISSIMVS·ET MVLTARVM · LINGVARVM · PERITIS·hebreorum nominum interptationũ primus in latinam linguam cõuertit. Ex quibus pro breuitate pretermissis multis quedam huic operi adiectis interpretationibus interponenda studui. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid velint intelligi. Habẽt eni quandã ex propriis causis nominũ rationẽ.